Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

Reſtabat * † de legendo Senatu litigium, quod itidem partium placito compoſitum eſt: Conſules ac Tribuni electionem ſenatûs Quaternionibus ac Tribulibus annunciarent, hi octo perſonas ex communitate, majoribus & minoribus Opificibus ablegarent, qui nomine Civium actui intereſſent, ſi quid adverſus electos haberent, ſubmiſsè proponerent.

* MDCLV.

Qualiter Senatus?

VIII.

Moguntini decretas preces urgent.

† His compoſitis veterem obedientiam tot ex legibus, tot pactis debitam Moguntini petiêre, præſertim preces ex confeſſione civium, ex re judicata debitas non perſolvi conqueſti ſunt. Senatus ut primùm Legati advenerant: pro felici tractatuum ſucceſſu preces decreverat, hoc in obſequii fidem allegat. Moguntini non ſe petere, nec decretum eſſe, ut pro negotiis, ſed pro Domino oraretur, reponunt, fraudulenter hac in re ſenatum verſari Legatis probant; preces eas ex plurimorum teſtium aſſertionibus ante motus ſolitas, & à tota Communitate nuper oblatas fuiſſe. Legati inſpectis actis negotium ex teſtium effatis, & Civium confeſſione deciſum inveniunt. † Proinde ut pro Electore oraretur, denuò imperant.

Legati denuò imperant.

IX.

Limprechtus I. Quatuorvir eligitur.

Proceſſit ad electionem quatuorvirorum communitas, & ad ſupremum Tribunatum evectus à lætante plebe Volcmarus Limprechtus † antea plebejus Quæſtor, & prius ſcholarum magiſter. Primum invidiæ incitamentum repentini honores fuê-